



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Abundantia Virg. 19. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

48 VITÆ SANCTORUM. 19. Ian
LAUNOMARUS ad severum in arâ es-
amen singulos expendere, & unico
duntaxat servato, alios omnes remit-
tera, gravi additâ denuntiatione, quâ
& expostulabat, quod furtum munus
Deo obtruderet, & simul mortem in-
dicebat. Et vero non huic tantum, sed
universæ Galliæ vastitatem clademque
vaticinatus est; ipse tamen ne hanc vi-
deret, morte oculos clausit. Ex Surio.

Homo, mitte & præmitte thesaûrî
tum in cœlos, ne cœlestem animam demis-
gas in terram. Aurum de profundo terra;
anima ab excelsis cœli. melius proinde est,
ad sedem suum deferri aurum, quam in
sepulchro auri anima diemergatur. S.
Pet. Chrys. ser. 22.

S. ABUNDANTIA VIRG. 19 Ian

S Aris laudasse A B U N D A N T I A M VI-
deri possem, si illud modò dicarem,
& natam & mortuam laudatam ultra
ab ære campano suisse. Adjiciam tamen
alia pluscula. Cùm sacra fonte tingere-
tur, dicuntur lampades templi suâpce
sponte accensæ, & infanti lucem & urbi
infantem gratulatae esse; ipsa A B U N-
D A N T I A jam tunc in innocentis femi-
næ patrocinium (adulterii rea agebatur)
suisse facunda. Jam octeniem ferunt ab
icone pueruli J E S U M A T R I S sinum
insidentis pomum aureum, quod manu
forrè

19. Ian. VITÆ SANCTORUM. 49
fortè pictum gestabat, petuisse & adeò
imperasse; *αγριδάπον* deinde flores (ab
hieme donatas) eidem attulisse, & ut ac-
ciperet persuasisse. Sed hucusque cælum
cum puellâ lusit. quæ dicam severiora
sunt. Itaque memorant cum Majolo Ab-
bate matreque Jerosolymam ivisse, &
cùm cætera Christi vestigia, tum illa
potissimum venerabundam exosculatam
fuisse, ubi ille pondere Crucis fessus ob-
viam MATREM habuit, heu! alteram tunc
oculis suis crucem. Hic lacrimis difflu-
re revoluisse ABUNDANTIAM; hic flagris ita
in sese sœviisse, ut sicut oculi in fon-
tem, ita sanguis fusus in rivos abire vi-
deretur. Abhinc Angelo duce in antrum
Onuphrii devenisse, illicque feminam
viri vitam vixisse. Ad extremum reper-
tam à patre reductamque in patriam,
omnem, hoc mortuo, hereditatem ege-
nis cessisse; mortuam deinde etiam ip-
sam pro funere ab Angelis laudatam
cantu fuisse. *Ex Ferrar.*

*Ad cælestia regna suspires, voluntatem
Dei facias, imiteris Angelos super ter-
ram, adversus tentationes proprietate con-
figas; & si cælestis militiæ sacra-
menta servaveris, non dubites te in castris
triumphalibus Regis aeterni victoriæ coro-
nandum. S. Leo. l. 2. de Nat. Dom.*

D

S. SE-